

moribus: cerebri, & capitis vitia emendat: iecur confirmat: lienem extenuat: incipientem elephantiasin discutit.

SYLVIVS. Quænam sunt calida, & sicca secundo ordine?

Calida, &

THEODORUS. *Acorum*, sive *calamus odoratus*: Ventriculo frigido cum primis conveniens.

sicca secundo ordine.

*Adjantum*, *capillus Veneris*: renibus præcipue adsignatur.

*Aloe*: ventriculum impense roborat, & expurgat: de qua postea.

*Althæa*: renibus, & vesicæ sacrata.

*Betonica*: utraque, *purpurea* & *alba*:

Antonii Musæ nobilitate libro:

Putredini adversatur: de hoc dicitur Italicorum:

*Betonicam magnis superas virtutibus ipsam*:

*Caltha*, sive *Calendula*: cordi sacra, venenis resistit.

*Carduus Lacteus*, sive *Carduus Maria*: Bilis concitatae fervorem, imperum, acrimoniam, & malignitatem compescit, oppilationesque venarum aperit: pleuritidem tollit: *Lactaria* à nonnullis dicitur.

*Crocum*: Cordi specialiter consecratum & attributum, sanguinem puriorem reddit, urinamque satis copiose ciet: Dosis eius est dimidius.

*Iuniperi Bacca*: stomacho, pectori, renibus utiles sunt.

*Lauri Bacca*: putredini malignæ valide adversantur: ac matri, obstructione laboranti singulariter consecrantur.

*Libystici*, sive *Levistici semen*: Renum, vesicæ, & ureri vitiis confert.

*Lilium convallium*: cerebro laboranti peculiari adfectu subveniens.

*Mastix*, seu *Mastiche*, stomacho singulariter auxiliatur: Et vel vapore solo, capitis defluxus sistit & cohibet.

*Mel*: putredini obsistit, & humores viscidos attenuat.

*Melissa*, sive *Melissophyllum*, matri specialiter dicatur.

*Millefolium*: putredini adversatur.

*Myrrha*: putredini malignæ inimica.

*Ocimum*, sive *Basilicum*: Cardiacum est.

*Ostrutium*, sive *Astrantia*, *Imperatoria*, *Angelicæ vires* nobilissimas cum primis æmulatur.

*Pronia*, cuius Mas præstantior est fœmina: peculiarem cum cerebro, & matrice in primis sympathiam obtinet.

*Persicorum malorum*, flores, nuclei, folia: fervorem, acrimoniam, ac malignitatem humorum obtundunt.

s. Vol.

R. R.

Petre-